



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Thesavrvs|| Locorvm|| Commvnivm|| Jvrisprvdentiaē

Barbosa, Agostinho

Lipsiaē, 1697

Cap. XLII. De Commodato.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-80071](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-80071)

CAP. XL. De Commendatione. *vid. infr. Consilium.*

Axioma I.

Commendatio non inducit obligationem. *l. 12. §. 12. ubi Gloss. & Goth. Mand. adde Mornac. ad d. §. 12. ubi hanc opinionem præjudiciis firmat, adde omnino l. ult. C. quod cum eo. verb. commendant. ubi Goth. & Wesl. Mandat. n. 6.*

Ampliationis loco nota, quod hoc non modo procedat in materia mandati, quasi teneretur, ut mandator pro eo quem quis commendavit, sed ut etiam locum habeat in emptionibus, venditionibus, ita ut venditor non obligetur, si quid dixit commendandi causa, *l. 19. de edil. edit.*

Limita: nisi specialem qualitatem in re vendita prædicat, cujus intuitu rem charius vendit, *l. 43. de contrab. empt. vel aliquid se præstaturum promittit. l. 16. §. ult. de edil. ed. vid. Mornac. ad d. l. 19.*

II.

Laus & commendatio sui aliquando permittitur, *l. 4. §. 3. ubi Ant. Fab. de offic. proc. & sap. laudes nostras non gravate debemus audire. d. loc.*

CAP. XLI. De Commixtione.

Axioma I.

Quoties commixtio facta utriusque Domini voluntate, toties rem facit communem.

Ratio in §. 28. *Inst. de R. D.*

II.

Quoties commixtio facta sine Domini voluntate; toties communis non fit, sed dominium cuique manet salvum.

Ratio: quia singula corpora in suâ substantiâ durant, & in se manent distincta, §. 28. *Inst. de R. D.* distinctum ergo manet dominium.

Limit. modò quantum quisque habuerit demonstrari & probari possit; sic enim competit rei vindictio, aliâs verò actio communi dividundo.

CAP. XLII. De Commodato.

Axioma I.

Cujuscunque rei usus esse potest sine abusu, illa potest commodato dari.

Ratio: quia illa potest eidem finito usu restitui, in quo consistit natura commodati. Resigitur fungibiles, e.g. panis, frumentum, vinum commodato dari nequeunt, sed tantum res non fungibiles seu non consumibiles, v.g. equus, liber, &c. potest tamen pecunia ad pignorum commodum todari.

II.

Quoties impense in rem commodatam factæ minores sunt usu, toties non repetuntur. *l. 18. §. 2. ff. Commod.*

Ratio: quia ad has tenebatur Commodatarius ob usum, qui cum major fuerit quàm im-

pense, has absorbet. *l. 13. in fin. ff. de impens. in res dom. fact.*

Exemplum poterit esse in equo commodato, in quem ob morbum factæ impense.

CAP. XLIII. De Commodo.

Axioma I.

Commodum, à quo quispiam excluditur, certæ cujusdam personæ contemplatione, applicatur ei cujus contemplatione ille est exclusus, *l. post legatum §. 5. amittere 2. ff. de his, quæ ut ind. l. 2. §. si duo 7. ff. de collat. bon. l. pen. C. de Legat. l. 9. ubi Corn. C. de suis & legit. Bart. in l. uxorem. §. heres. ff. de legat. 3. Bald. in l. ult. C. de ind. vid. Angel. in l. Papinianus. §. quoniam vers. quid si filia. ff. de inoffic. test. Roman. in l. un. n. 63. vers. secundo, quia quando. C. quand. non pet. part. & conf. 32. n. 8. Alciat. conf. 479. n. 12. Philipp. Marth. inter Consil. Marp. conf. 21. n. 60. vol. 1. Curt. jun. conf. 87. n. 4.*

II.

Unicuique licet vigilare pro commodò suo etiam in alterius damnum. *l. pupillus 24. in fin. & l. qui autem 6. §. sciendum 7. ff. quæ in fraud. cred. Ludovicus Gomez. ad §. item si quis. Instit. de actionib. num. 40.* Sic v. c. cuilibet permillum est ædes suas altius tollere, aqua venas præcidere, torrentem vicini avertere, & munitionibus riparum locum & fluminis cursum agri sui tuendi causa aliquatenus immutare, atque ita suæ ipsius utilitati, etiam incommodum alterius inferre, dum ne id nocendi animo, sed citra æmulationem cujusquam fiat. *l. altius 8. C. de Servit. & ag. l. 1. §. denique n. l. in summa 2. §. idem Labeo 9. de ag. & ag. plur. l. 1. §. sed et si 7. Ne quid in flum. publ. l. 1. C. de alluv. Gail. 2. obs. 69. n. 10.* qui animus nocendi ex inverso forsan vicino lucro non præsumitur, ubi de utilitate facientis apparet. *l. merito 51. ff. pro Soc. Klock. de contrib. cap. 12. n. 138.*

III.

Non debet alicui commodum hinc accedere, unde pœnam potius merebatur. *c. etsi necesse sit §. extra de don. inter vir. & uxor.*

IV.

COMMODO ejus esse debet, cujus est periculum & incommodum, *l. fin. §. sed cum Cod. de furtis l. penultima. Cod. de suscept. lib. 10. l. Julianus 13. §. ex vendito 19. ff. de actionibus empti l. 12. Cod. eod. secundum naturam 10. ff. de Regulis Juris. §. item pretium. Institut. de empt. & vendit. Castrenf. conf. 133. num. 2. in fine, lib. 2. Anchar. conf. 180. Visa diligenter. num. 5. ubi is, qui acceptat legatum cum onere, tenetur ad onus, Thom. & Thomasset. in floribus legum. regul. 105. Pichard. ad §. placebat. n. 33. l. de legit. agnat. success. Mari. Antonin. var. resolut. lib. 1. resolut. 23. n. 4. Rot. decis. 149. num. 6. apud Farin. p. 2. re-*